Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Quod autem in contrario consilio dicitur, non assentiendum esse Parisio & Alciato, cum non solum omni ratione destituantur, §. è contrario & ibi traditis de muest: de re aliena facta, ictutique scriptum, sed non probatum inuenimus ac potius eius contrarium (: Vti plane credimus :) demonstratum hactenus est. Nam rationes iustas subesse, ob quas feuda ista controuersa (: maxime eorum antiquissima Natura et qualitate diligentiq inspecta :) pro eiusmodi pertinentijs ipsius Baronatus allodialis haberi debeant, ut cum eo ad omnes legitimos possessores transeant, siquidem sunt probata.

+ sed etiam directo aduersentur

Nec etiam quicquam obstat Textus in dicto §. è contrario. Nam hoc casu adiectione & connexione feudorum ad Baronatum Marchiestaimensem facta, quo minus conditio istorum sine Domini Voluntate deterior reddita dici possit, satis est ostensum.

Et quidem si Marchionatus feudalis in allodialibus sub eo comprehensis, cum eodem quantiquitus bonis succedentem foeminam sequitur, ut inuestituram Marchionatus, ob unionem bonorum allodialium consequi debeat, quemadmodum consuluit Paris:

~~bonorum~~